



**R.P. Leonardii Lessii E Societate Iesu Theologi. In D.
Thomam De Beatitudine. De Actibus Hvmanis. De
Incarnatione Verbi. De Sacramentis Et Censvris.
Prælectiones Theologicæ Posthvmæ**

Lessius, Leonardus

Lovanii, 1645

Dvb. 1. Vtrum licitus sit vsus imaginum Christi, & Sanctorum, & ipsius Dei,
præsertim in templis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72898](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72898)

tu colitur, quo exemplar: vnde cùm exemplar colatur latrìa, imago quoque Christi latrìa colitur. Quod intellige per accidens. Hic nobis agendum breuiter de imaginibus Christi, Sanctorum, & Dei.

DVBIUM I.

Vtrum licitus sit usus Imaginum Christi, Sanctorum, & ipsius Dei; præsertim in templis?

²²
Sententia
heretico-
rum, ac
quorundam
Catholi-
corum.

Sunt tres sententiae. Prima nullo modo esse licitum; quia omnes imagines sunt idola. Ita Iudai, Mahometani, Marcionites, Manichæi, Eutychiani, & reliqui Iconomachi: vt docet Tharasius in Septima Synodo actione 5. & 1. Idem sentiunt Wiceliftæ, & omnes heretici nostri temporis. Vide Sanderum lib. 1. de Imaginibus cap. 10. vbi accuratè hac de re, & melius quam alii, tractat.

Secunda sententia est, quorundam Catholicorum, licum esse usum imaginum Christi & Sanctorum; non tamen Patris, aut Spiritus sancti, aut Diuinitatis. Ita Henricus à Gandauro Quodl. 10. q. 6. Durandus in 3. dist. 9. q. 2. Abulensis in cap. 4. Deuteron. q. 5. Martinus Ayala de Traditionibus. Parte 3. tract. de Imaginibus.

Probatur
usus ima-
ginum
Christi &
Sanctorum.

Tertia est omnium aliorum Catholicorum. Pro qua; Dico Primo: Licum esse usum imaginum Christi, & Sanctorum hominum & Angelorum; & etiam Dei, ac sanctissimæ Trinitatis.

²³

Probatur usum, imaginum Christi & Sanctorum, Nam de his definitum est in Synodo septima act. 7. Actione autem 4. adferuntur plurima Patrum testimonia.

Exemplis
Scriptura.

Probatur Primo ex Scripturis. Exodi 25. Iussu Dei fiunt imagines Cherubim super Arcā. Num. 21. Deus iubet fieri imaginem serpentis aenam. 3. Reg. c. 6. Salomon iubet fieri duas alias imagines Cherubim in propitiatorio aut sanctuario, & præterea in parietibus templi iubet alias imagines Cherubim ponи, & varias picturas & celaturas. Cap. 7. In vasis templi boues & Leones: ergo multò magis possunt fieri imagines Sanctorum.

Et Primi-
tiva Ecclesie.

Secundò probatur; Ex usu Ecclesiæ vniuersalibus; qui usus à Christo incepit. Nam primò, ipse Dominus linteo faciei admoto, imaginem sui expressit, & ad Regem Abagarum misit; vt testatur Damascenus oratione 1. de Imaginibus, & Eusegius lib. 4. historia Ecclesiastica cap. 26. qui etiam resert ad imaginis illius presentiam, ciuitatē Edessenam ab incendio fuisse liberatam. Et in Septima Synodo act. 5. Leo Lector testatur se eā vidisse. Secundo, Mulier, qua fluxi sanguinis fuit liberata, ipsi imaginem erexit apud Paneadem, quam Christus & Apostoli sèpè videre potuerunt; ad cuius basim erexebat herba, qua cùm simbriam statuē attigisset, omnes morbos curabat. Testatur id Eusebius lib. 7. hist. c. 14. qui eam se vidisse ait: & Sozomenus lib. 5. hist. c. 20. & Damascenus suprà oratione prima. Tertiò, Aliam imaginem Christi dicitur fecisse Nicodemus, in qua Iudei per ludibrium passionem Domini renouarunt; vbi multa acciderunt prodigia: qua de re scripti librum Athanasius, qui recipiatur à Synodo Septima act. 4. Vide plura huiusmodi apud Sanderum & Bellarminum.

Tertiò Probatur Ratione. Prima est, Usus imaginum non est intrinsecè malus: nec malus, ²⁴ quia prohibitus: ergo non est malus. Quod non batur, ^{batur} Probatur, Quia aliqui ars p[ro]fessionis & statuaria esset mala, sicut Necromantia & Chyromantia &c. quod est absurdum: tūm quia hæc ars interdū diuinatus est infusa; vt patet Exodi 31. & 35. scilicet ipsi Beseleel & Ooliab: tūm quia operari ad imitationem Dei, qui formauit hominem ad imaginem suam; & ad imitationem totius naturæ, quæ tota incumbit in hoc, vt sibi simile procreet, non est malum. Quod etiam non sit malus, quia prohibitus; Probatur: Nec enim Iure Ecclesiæ, vt constat; nec iure diuino positivo: tūm quia neque traditione, neque Scriptura, præsertim noui testamenti, id constat: tūm quia lex noua nullum continent preceptum positivum, præter precepta fidei & Sacramentorum.

Secunda Ratio, Usus imaginum adserit plurimas utilitates: ergo non est reiiciendus. ^{utilitas} ^{sacratum} ^{Imaginæ}

Antecedens patet Primo; Quia imagines sunt libri idiotarum seu rudium; vt dixit D. Greg. lib. 9. epist. 9. sèpè enim melius docet pictura, quam Scriptura. Et ex his possunt ferre omnia mysteria humanitatis Christi, & gesta Sanctorum, & passiones Martyrum intelligi.

Secundo; reuocant nobis in memoriam diuina beneficia Sanctis collata, quæ per ipsos etiam in nos redundarunt; vt per Apostolos, Pontifices, & Doctores: vnde excitamur ad amorem Dei & Sanctorum, gratiarumque actionem.

Tertiò; reuocant in memoriam exempla virtutum, & facta heroica: hinc prouocamus ad imitationem. De quo fusc in Septima Synodo varijs actionibus 2. 4. 6. 7.

Quarto; sunt quædam nostræ fidei professio; dum enim erigimus Sanctis imagines, testamur eorum fidem, doctrinam, & mores nobis probari; & nos detestari omnem idolatriam & impietatem, contra quam ipsi usque ad mortem pugnarunt.

Quintò, Fouent in nobis fiduciam in aduersis: ^{Imago} Nam insinuant nos habere ipsos apud Deum pa- ^{Simeonis} trinos. Sic Romæ passim omnes habebant ima- ^{stylite} ginem Simeonis stylite pendente ante officinas, etiam dum adhuc viueret; vt testatur Theodoretus in vita ipsius.

Sextò, Sunt testimonia honoris & reverentiae nostra, & amoris erga illos: nam omnium Gentium consensu, erexit statuē est symbolum honoris & amoris. Vnde in Cod. Iustiniani est titulus *De statuis & Imaginibus insigniis personarum*. Et hæc fui prima caussa, cur Christiani caperint imagines desiderare, teste Eusebio lib. 7. cap. 14. Vnde hæc res non pendet ex revelatione; sed, supposita Sanctorum dignitate, ratio naturalis hanc imaginum erectionem dictat. Has ferè utilitates insinuat Conc. Trident. sess. 25. in Decreto de Imaginibus.

Nec obstat; Quod imagines possent alicui esse causa erroris; quia nulla creatura Dei est adeo bona, quin humana prauitatis ex ea possit capere ansam peccandi. Deinde Pastorum industria huic errori facile occurritur.

Altera Pars propositionis, Scilicet Imagines usus Imaginibus Christi & Trinitatis licitas esse, est communior Doctorum. Docet eam expresse Thom. Waldensis ^{An Imaginæ} ^{nes fini} ^{Probatur} ^{vitas ima-} ^{gino Di-} ^{ss. Tri-} ^{tom. 3.}

tom. 3. de Sacramentis, tit. 19. cap. 155. & Sanderus libro primo de Imaginibus c. 4. & Caicetus h̄c.

Probatur Primo, Exodi 25. Deus iussit fieri duo Cherubim ex auro. Salomon fecit duo alia ex oleo; & alia in parietibus sculpsit. Iem. VII. Synodus act. 5. recipit imagines Angelorum: cur ergo non possit fieri imago Dei? cum in utrisque eadem sit ratio, scilicet natura incorporea. Nec obstat, quod Angelii in Septima Synodo dicantur corporei, & ideo pingi posse. Nam illa ratio non est Concilij; sed cuiusdam Episcopi. Thesalonicensis, ex cuius Dialogo citatur illa ratio; & quamvis Concilium approbet conclusionem, non tamen ipsam rationem. Nam & ratio falsa est; & ad rem non facit: si enim corpora haberet, ea essent tenuia; vnde non magis quam Spiritus exprimi picturis possent.

An Angelis
pingi
posseint,
quia Cora
porti.

Deus sapere
corporis
specie ap-
paruit.

Probatur Secundo, Deus sapere visus est specie corporea. Nam Adamo apparuit instar hominis deambulantis in paradyso ad aurum post meridiem; vt multi recentiores docent. Jacob vidit innixum summitati scalæ. Gen. 28. Iffas cap. 6. & Michæas 3. Reg. vlt. Viderunt Dominum sedentem in solio instar Regis. Amos cap. 6. Vedit illum stante super altare. Daniel. cap. 7. Vedit sedentem in throno instar senis, cano capite, albis vestimentis, Math. 3. Spiritus sanctus apparuit in specie columbae. Cur ergo non possint hæc ita pingi ad eadem representanda?

Responsio
Caluinii
refellitur.

Ex usu
Ecclesiæ.

Nec valet quod respondet Caluinus, Deum sic apparuisse, vt daret aliquod specimen futurae Incarnationis. Quia non queritur quo fine tales figurae sint licita; sed an absolute & per se sint licita. Deinde interdum Deus Pater apparuit, vt patet Dan. 7. qui Filio hominis tradidit regnum; & tamen Pater non erat incarnandus. Denique Spiritus sanctus apparuit post Incarnationem.

Probatur Tertio, Ex usu Ecclesiæ, que ubique recipit imaginem Patris sub specie hominis Senis, & in corporis specie praediti. Et imaginem Spiritus S. sub forma columbae; quam etiam approbat Synodus VII. act. 5. De qua forma vide Molanum cap. 6. de Imaginibus.

26
Imagines,
non debent
formali
similitudi-
ne expri-
mene rem,
vt est.

Christus
pingi po-
te in for-
ma Agni.

Probatur Quartò, Ratione. Prima est, Quia vt harum Imaginum usus sit licitus, non requiritur vt representent rem formaliter similitudinem, qualis in se est: alioquin imagines Angelorum & virtutum essent illicitæ; similiter imago Christi Domini in forma Agni esset illicita, quæ tamen recepta est in VI. Synodo can. 82. quamvis ibidem prohibetur in posterum. Christus in forma Agni pingi, eo quod Agnus sit figura Veteris Testamenti; vt rectè Bartholomæus Caranza ad illum Canonem annotauit: (quamquam ipse fallatur circa imaginem Columbae & Stellæ, hæc enim non prohibetur.) Consuetudo tamen imaginem Agni semper seruauit. Omnes hæc imagines carrent formaliter similitudine ad rem, cuius sunt imagines: ergo sufficit representatio analogica, secundum quam res corporales possunt representare spiritalia; iuxta quem modum hæc imagines representant Patrem, & Spiritum sanctum, & Spiritus Angelicos. De quo vide Dionysium c. vlt. Cœlestis Hierarchia, & de Diuin. nomin. c. 10.

Secunda; Possimus interius formare imagines rerum corporalium, per quas Deum apprehendamus; cur non etiam foris?

Tertia; Scriptura tribuit Deo membra humana: cur non etiam pictura tribuat? Et quod Scriptura facit verbis, cur Artifex non faciat signis? An magis incurrit peccatum penicillus, quam penetrare? Imago quam littera? Ut rectè Thomas Walde quæm scripturæ ratio nascitur. Hinc pictura dicitur Graciosa, quasi dicas Vita Scriptura.

Respondet Caluinus, quia Scriptura tollit périculum erroris, dum alibi docet Deum esse incorporeum: pictura non item.

Sed hoc non refert: Nam Paftores Ecclesiæ, populum satis docent Deum esse incorporeum; quod vt faciant, iubet Concilium Tridentinum sess. 25. Imò plures longè acceperunt ex Scripturis occasionem opinandi Deum esse corporeum, quam ex picturis: nam Anthropomorphitæ ex Scripturis suum eurom hauserunt: ex picturis autem paucissimi, vel forte nulli Christiani decepti sunt.

Sed contraria. Objeicit Primo: Exodi 20. v. 4. Non facies tibi Sculptile, neque omnem similitudinem, quæ est in celo desuper, & quæ in terra deorsum, & quæ in aqua sub terra: non adorabis ea, neque coles.

Respondent quidam, Iudeis fuisse vetitam omnem imaginem, præsertim Dei, eo quod essent valde rudes & proclives ad Idolatriam; ad quæ etiam consuetudine Ethnicorum quodammodo abiuriebantur, cum mundus Idololatriæ plenus esset: Verum hoc Praeceptum fuisse positivum & temporale, scilicet usque ad tempus Novi Testamenti, quando per Euangelij lucem populo Dei non erat amplius Idololatriæ periculum. Ita Catarinus opus de Imaginibus. In qua sententia est etiam Alexander Atenis 3. parte q. 3b. Albertus, Bonavent. Richardus, Paludanus in 3. dist. 9. & alij quidam recentiores. Est probabile.

Sed contraria sententia videtur multo verior. Primo; Quia ipse Deus præcepit fieri in Veteri Testamento varias Imagines; nec tamen veritus fuit, ne incidenter in Idololatria. Secundo; Quia communis sententia Patrum est, totum Decalogum esse legem naturalem seruandam à Christianis, excepta determinatione de Sabbatho in cultu diuino. Ita Irenæus lib. 4. contra heres cap. 31. Et idem, inquit, similiiter permanent (scilicet præcepta Decalogi) apud nos, extensionem & augmentum, & non disolutionem accipientia per carnalem eius aduentum. Et infra dicit esse naturalia, liberalia, & omnium communia. D. Augustin. lib. 19. contra Faustum c. 18. dicit seruari à Christianis primum Praeceptum totum: Non facies tibi Idolum, & cetera huiusmodi, id est, quæ in hoc Praecepto sequuntur: Epistola 119. c. 12. Ideoque, inquit, inter omnia illa decem Praecepta, solum ibi quod de Sabbatho positum est, figurata obseruandum præcipitur. Idem docet D. Thomas 2.2. q. 122. art. 1. & 2. Vnde patet hoc Praeceptum non esse positivum Non facies tibi Sculptile.

Vnde aliter Respondetur: Prohiberi illis verbis id, quod lege naturæ erat illicitum; scilicet, ne ritu gentilicio, & mente infideli facerent aliæ quam similitudinem, vt eam diuinum cultu colarent: sicut tunc apud omnes pñne Nationes conseruerunt. Ita Beda lib. de Templo Salomonis c. 19. Thom. Waldens. tom. 3. cap. 152. Caicetus in hunc locum Exodi. Sanderus lib. 1. de Imaginibus c. 7. Castro V. Imago, heresi 1. sub finem. Et colligitur aperte ex Patribus citatis.

Qui-

lites pic-
træ Deo
tribuere
membra.
An magis
pen-
trare?
Imago
quam scri-
pturæ.
Scripturæ
Vita Scriptura.

Respon-
sio
Caluinii
refellitur.

27

Ex d. 20.

Non facies tibi Sculptile, neque omnem similitudinem, quæ est in celo desuper, & quæ in terra deorsum, & quæ in aqua sub terra: non adorabis ea, neque coles.

Respondent quidam, Iudeis fuisse vetitam omnem imaginem, præsertim Dei, eo quod essent valde rudes & proclives ad Idololatriam; ad quæ etiam consuetudine Ethnicorum quodammodo abiuriebantur, cum mundus Idololatriæ plenus esset: Verum hoc Praeceptum fuisse positivum & temporale, scilicet usque ad tempus Novi Testamenti, quando per Euangelij lucem populo Dei non erat amplius Idololatriæ periculum. Ita Catarinus opus de Imaginibus. In qua sententia est etiam Alexander Atenis 3. parte q. 3b. Albertus, Bonavent. Richardus, Paludanus in 3. dist. 9. & alij quidam recentiores. Est probabile.

Sed contraria sententia videtur multo verior. Primo; Quia ipse Deus præcepit fieri in Veteri Testamento varias Imagines; nec tamen veritus fuit, ne incidenter in Idololatria. Secundo; Quia communis sententia Patrum est, totum Decalogum esse legem naturalem seruandam à Christianis, excepta determinatione de Sabbatho in cultu diuino. Ita Irenæus lib. 4. contra heres cap. 31. Et idem, inquit, similiiter permanent (scilicet præcepta Decalogi) apud nos, extensionem & augmentum, & non disolutionem accipientia per carnalem eius aduentum. Et infra dicit esse naturalia, liberalia, & omnium communia. D. Augustin. lib. 19. contra Faustum c. 18. dicit seruari à Christianis primum Praeceptum totum: Non facies tibi Idolum, & cetera huiusmodi, id est, quæ in hoc Praecepto sequuntur: Epistola 119. c. 12. Ideoque, inquit, inter omnia illa decem Praecepta, solum ibi quod de Sabbatho positum est, figurata obseruandum præcipitur. Idem docet D. Thomas 2.2. q. 122. art. 1. & 2. Vnde patet hoc Praeceptum non esse positivum Non facies tibi Sculptile.

Ex d. 20.

Non facies tibi Sculptile, neque omnem similitudinem, quæ est in celo desuper, & quæ in terra deorsum, & quæ in aqua sub terra: non adorabis ea, neque coles.

Ex d. 20.

Non facies tibi Sculptile, neque omnem similitudinem, quæ est in celo desuper, & quæ in terra deorsum, & quæ in aqua sub terra: non adorabis ea, neque coles.

Qui-

Quibus adde Cyprianum lib. 3. Testimonium ad Quirinum cap. 59. & lib. de exhortatione ad Martyres cap. 1. quibus locis citans illud Exodi 20. *Non facies tibi Sculptile, pro, sculptile, semper ponit, idolum.* Idem facit Tertullianus lib. de Idolatria cap. 4. & August. lib. 19. contra Faustum cap. 18. Idem August. q. 71. in Exodum dicit illa verba: *Non facies tibi idolum, nec ullam similitudinem, esse solùm explicacionem eius, quod dictū erat, Non erunt tibi dij alijs preter me.* Eadem sententiam tenet D. Thom. hic ad 1. Et patet ex eo, quod antecedit; quod est ratio totius Praecepti: *Ego sum Dominus Deus tuus: Deinde subiungit: Non habebis Deos alienos coram me, scilicet fide & aestimatione internā. Non facies tibi Sculptile &c. Non adorabis eā, neque colas:* quasi dicat: Nec internā aestimatione nec externo opere habebis Deum alium præter me, *Quia ego Dominus.* Quod clavis patet Leuitici 26. v. i. vbi idem repetens ait: *Ego Dominus Deus vester: non faceris vobis idolum & Sculptile;* nec titulos erigeris, nec insignem lapidem ponetis in terra vestra, vt adoretis eum: *ego enim sum Dominus Deus vester.* Quasi dicat, ne honorem meum ad alios transferatis. Quia ratio nihil valeret, nisi ageretur de honore diuino. Similis locus est Deuteronomio 4. v. 15.

28
Quomodo
nefus sit
Deo Imaginem po-
nere.

Obijcitur Secundò; Isaiae 40. *Cui similem fecisti Deum; aut quām imaginem ponetis ei?* Idem significatur Sap. 15. & Actorum 17.

Respondeo; Ibi esse sermonem de imagine, que Deum exacte & ad viuum representet. Vide Caietanum hoc loco. Quomodo intellige Patres, dum dicunt, nefas esse Deo imaginem ponere? Nos autem loquimur de imagine, quæ analogiè Deum representant, quatenus res spirituales & cumque formis corporalibus possunt adumbrari; vt tradit Dionysius lib. de Cœlesti hierarchia cap. vlt. Verum talem imaginem Iudei & Ethnici nō intendebant facere.

Diluviantur
Obiectiones
Durandi

Ex His etiam facile solvuntur due rationes Durandi. Prior est, formæ illæ, sub quibus Deus apparet, non fuerunt à Deo hypothaticè assumptæ: ergo imago illarum solùm representat illas, non Deum.

Respondeo, Negando Consequentiam: vtrumque enim representat imago, & illam formam, & ipsum Deum per formam illam representantum. Sicut qui statuam Cœsaris depingit, picturam illâ vtrumque representat. Addo, talem imaginem etiam immediatè posse Deum representare; sicut & forma illa sub qua Deus apparuit. Ratio est, quia hoc pendet ab intentione pingentis; sicut & aliarum rerum significations ex hominum placito pendent, modò in re sit fundamentum.

Altera Durandi. Ratio, Hæ formæ non significabant diuinæ personas, sed solùm effectus earū: vt columba fæcunditatem spiritalem baptismi, quam habebat à Spiritu sancto. Respondeo, Id verum non esse; nam ipse quoque Sp̄ritus sanctus in Scriptura dicitur dari sub his signis, ac proinde representari. Deinde, etiamsi immediate solùm effectus representaretur, tamen mediatè etiam illius auctor exhibetur; nam effectus representat suam causam.

29
Imagines
sacra recte
in Ecclesia
collocantur.

Dico Secundò; Imagines Christi, & Sanctorū, & etiam ipsius diuinitatis, rectè & piè in templis collocari. Prior pars de Imagine Christi, & Sanctorum, est fide tenenda, definita in VII. Synodo

act. 7. & in Concil. Romano sub Gregorio III. & in Concil. Trident. sess. 2.

Probatur Primò; Quia populus Iudaicus, et si in Idolatriam esset propensissimus, tamen habebat imagines in templo, non solùm rerum corporalium, sed etiam spiritualium: vt patet Exodi 25. & 3. Regum 6. & 7.

Probatur Secundò; Ex vsu Ecclesiæ, nam tempore Juliani Apostata, Christiani imaginē Christi, quam illi erexerat Hemorroissa, in templi in-tulerunt, teste Sozomeno lib. 5. hist. cap. 20. Et in templis à Constantino strūctis fuit maxima multitudo imaginum auricularum & argentearum, teste Eusebio lib. 3. & 4. de vita Constantini; & tamen tunc maximè capit aboliri idolatria. Adrianus I. lib. pro Imaginibus sub finem, qui habetur post VII. Synodus tom. 3. Concil. refert Siluestrum, Damasum, Cælestinum, Sixtum & Pelagium Pontifices tempora varijs imaginibus exornasse.

Hinc Patet apertum Caluini mendacium, qui Arguitur ait primis quingentis annis imagines in templis nō mandacij, Caluini fuisse; nam hæc omnia ante annum quingentissimum facta sunt.

Probatur Tertiò, Ratione: Primò, Nam vti Imaginates suas commodissimè præstant in templis, & in templis enim conueniunt homines, vt in se excident fidē, spem, charitatem, religionem, imitationem Sanctorum, & similia. Secundò, Quia signa excellētū personarum debent poni in loco excellēti, sacra in facto, prophana in prophano. Tertiò, Decet, vt imagines incolarum Cœli, sint int̄colat templi; nam templum est imago Cœli.

Obijcitur Hæretici Concilium Elibertinum cap. 36. Placuit in Ecclesiæ picturas esse non debere, ne Cur Cont. ad quod colitur, vel adoratur, in parietibus depingatur. Elibertinū, velut pī-

Respondeo; Non vetari statuas Sanctorum, gi imagines vel Dei, aut picturas illorum in tabellis; sed solū in parietibus. Ratio est; Quia facilè corrumpuntur vel mutilantur in parietibus, sed amque speciem contrahunt. Et hoc est quod ait, ne quod adoratur, in parietibus depingatur, scilicet in loco parum decoro, vbi procluvis est sedatio.

Obijcitur Secundò, Epiphanius epist. ad Ioannem Hierosolymitanum sub finem epistole, dicit An illici dicit. Epiphanius, contra Scripturæ auctoritatem esse, quod in Eccl. pī- contra statuam vel sancti alicuius, volebat ergo non fuisse Christi vel sancti alicuius, sed hominis prophani, eo honore & modo, quo solet Christi vel Sancti imago depingi. Ita Marius Victorinus in scholijs ad illam epistolam, quæ inter Epistolæ Hieronymi est sexagesima. Quod confirmatur; Quia alioqui homines illius loci contra Epiphanium tamquam contra iconomachum murmurarent: & Ioannes Hierosolymitanus eius aduersarius, id ei obiecisset; quod tamen non fecit.

Respondeo Epiphanius aperte loqui de imagine hominis ignoti & prophani: Inueni velum, inquit, pendens in foribus Ecclesia, & habens imaginem quasi Christi vel sancti alicuius, volebat ergo non fuisse Christi vel sancti alicuius, sed hominis prophani, eo honore & modo, quo solet Christi vel Sancti imago depingi. Ita Marius Victorinus in scholijs ad illam epistolam, quæ inter Epistolæ Hieronymi est sexagesima. Quod confirmatur; Quia alioqui homines illius loci contra Epiphanium tamquam contra iconomachum murmurarent: & Ioannes Hierosolymitanus eius aduersarius, id ei obiecisset; quod tamen non fecit.